



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# Universitätsbibliothek Paderborn

**Svmma Diana**

**Diana, Antonino**

**Coloniae Agrippinae, 1656**

Gula

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40647**

Imò etiã  
sint eviden  
ter insta.

quæst. 7. par. 1. tract. 3. ref. 21. & par. 7. tr. 17.

ref. 9.

17 Porro gabellam evidenter iustam fraudare, videtur mortale, & fraudantes ad restitutionem teneri, si non accedat titulus compensationis, iuxta dicta V. *Compensare, n. 2.* Nam, sicut Principes debent Reipublicæ custodiam, & vigilantiam, ita Respublica debet vicissim Principi congruum sustentationi subsidium. Et præterea huiusmodi fraudes cadunt in damnum euentium gabellas. Ita Ortiz in summ. cap. 3. num. 4. & DD. communiter. Sed Duardus in can. 18 Bull. Com. quæst. 12. nu. 19. contrariam sententiam tenet, & late probat. eamque probabilem vocant Lesius dub. 8. n. 55. & Bonacina de contr. dist. 1. quæst. 9. pun. 1. num. 3. quia probabile est, leges penales non obligare in conscientia. Ad primum argumentum respondet Duardus fraudantes gabellas non intendere violare legem naturalem mandantem solui Principis iure, ut illud patrum retineant, quod in lege dure pœnali, & subditorum arbitrio relinquatur. Ad secundum respondetur, euentes vestigalia sales fraudes non ignorare, & ob id vilius emere: & quod cum multis amitteat, cum uno, quem in flagranti inveniunt, lucrifacere. Ex quibus S. V. gabellas, num. 6. inquit, fraudantes gabellas iustas, non esse ad restitutionem cogendos par. 1. tract. 10. ref. 19.

### G U L A.

Gula quid sit.

Gula est vitium ex septem vitiiis capitalibus, consistens in appetitu cibi, potus immoderati, immoderati inquam aut quoad tempus, aut quoad pretium, quantitatem, vel qualitatem ciborum, aut denique quoad nimiam & extraordinariam complacentiam de illorum gustu. Et quidem si appetitus inordinatus versatur circa cibum, dicitur comestatio, & crapula; si circa potum, ebrietas. Est aliquando gula peccati mortale, & regulariter quoribus co-

Quomodo

Et quale

medantur cibi temporibus prohibitis, in reliquis ut plurimum veniale. ¶

2 Quæres: An comedere, & bibere absque necessitate ob solam voluptatem sit peccatum saltem veniale? Respondet Saneius in select. disp. 2. num. 14. negativè: dummodo esus & potus non noccat: nã si res odoriferas olfacere, & res pulchras ob meram delectationem inspicere, nõ est peccatum, cur peccatum erit in eundem finem comedere? nisi faciamus gustum peioris, quam sensus ceteri, conditionis p. 3. tr. 5. ref. 6.

3 Sed quid, inquires, si quis ad verterter comedit usque ad vomitum? Respondet cum Ioanne Henriquez cap. 19. num. 9. hunc non peccare mortaliter, sed venialiter, si in hoc non ponit ultimum finem, & salutem corporis nonabiliter non lædit: nam non facit contra aliquod præceptum Dei, vel Ecclesiæ. par. 5. tr. 13. resolutione 40.

### H A E R E S I S.

1 Hæresis est error hominis Christiani in rebus fidei cum pertinacia. ¶ Ut ergo quis sit hæreticus, requiritur primò error in intellectu: quamvis enim extrinsecus demonem colat, aut quorcumque actus hæreticales exerceat, si bene credit, non est hæreticus, quamvis, quia hæc et minima indicant internum errorem in fide, possit ab Inquisitoribus puniri, ut dicemus V. Inquisitorum iurisdictio in qua delicta. An vero à simplici Confessario absolui possit, dictum est V. Absolvere ab hæresi, & aliis criminibus S. Officii. p. 1. tr. 5. ref. 1. p. 4. r. 4. ref. 1. 40. in fine.

2 Error autem intellectus debet esse cum assensu positivo: hæresis enim est erroris electio: unde dubius in fide non est hæreticus, positivè; sed solù privativè, quatenus caret assensu fidei. Et ita intelligi debet auctoritas Stephani PP. in c. 1. de hæ. Ut satis probabiliter, & tutè explicant Purcan. in 2. 2. q. 11. Art. 2. dub. 2. & alii contra Fabr. de sacram. Or-

An & quale peccatum sit, comedere, & bibere ob solam voluptatem? Et comedit, reussq; ad vomitum?

Hæresis est error hominis Christiani circa fidem.

Cum assensu positivo.